quia adulterium fecit, sed vir ideo, quia non salvavit animam mulieris sue. Et ideo mulier debet esse ut remedium infirmitatis viri sui et e contra, quod affectus et cogitaciones luxuriose non excedant matrimonium.

Quoad secundum, quod in quatuor casibus vir solvens | debitum | mulieri non peccat mortaliter: K 61r[a] | B 271b

Primo propter prolem habendam, secundo ad laudem Dei educendam, tercio propter infirmitatem carnis, quarto se ab aliis peccatis preservando. Preter hec, que dicta sunt, peccant mortaliter.

Ultimo est sciendum, quod Dominus Deus matrimonium super alios ordines exaltavit, sicut super ordinem Predicatorum, | Bernhartorum etc. D 85v[b]

Primo in isto, quia matrimonium solus Deus instituit, alii autem ordines inventi sunt ab hominibus. Et per hoc, quod Deus solus instituit matrimonium, vult Dominus, quod boni homines et devoti debent esse ordinatores huius sacramenti. 260

Secundo matrimonium est honorandum propter honestum locum, in quo est datum, quia in paradiso – Genesis 2°: *Et misit dominus soporem in Adam* etc. Et per hoc, quod matrimonium est institutum in paradiso, Dominus vult, quod matrimonium debet fieri in loco honesto et manifesto, quamvis iam sit per oppositum, quia aliquando fit in celariis, in angulis et aliquando in tabernis.

Tercio matrimonium est honorandum, quia Deus ante | omne peccatum fecit ipsum. Et per hoc, quod Deus fecit matrimonium ante omne peccatum, P 90v

---

20 matrimonium...paradiso] cfr ALBERT. M., *Commentarii in quartum librum Sententiarum*, dist. 24 A, artic. 2, vol. 30, p. 32, col. 2, lin. 31; cfr THOM. AQ., *Sent.* dist. 1, quaest. 1, art. 2, quaestiuncula 2, argument. 2, lin. 10

---

1 adulterium] adulteram *D* | ideo] *om. E* **2** viri sui] sui viri *D* **3** et cogitaciones] *om. E* luxuriose] luxurie *D* | excedant] excedunt *E* **4** secundum] sensum *D*, 2[m] *KP* (**vyhodit**) | quod] nota quod *D* | in] *om. D* | quatuor] IIII[or] *B* (**vyhodit**), 4[or] *P* (**vyhodit**) **5** mulieri] *om. K* **6** secundo] 2° *BDEKP* (**vyhodit**) | educendam] educandam *ED* **7** tercio] 3° *BDEKP* (**vyhodit**) | quarto] 4° *BDEP* (**vyhodit**) **12** Ultimo] *add. in marg.* matrimonii dignitas *P* (**vyhodit**) | est] *om. D* | super] supra (?) *B* **13** Predicatorum] Predicatorum fratrum Minorum, Ca<r>melitarum *E* | Bernhartorum] Bernartorum (?) *B*, Bernhardorum *D*, Bernatorum *P*, *om. E* etc] etc. de aliis *B*, et sic de aliis omnibus ordinibus *D*, et sic de aliis *K*, et aliis (?) *P* ***opět zde má dr. Eršil na druhé straně listu zaznamenány grafickou podobu tohoto místa v rukopisech*** **14** in] *om. D* **15** solus] solum *B* **16** boni...esse] *om. B* | homines...debent] et honesti homines deberent *D* **18** Secundo] 2° (**vyhodit**) *BDK* **19** paradiso] padiso (**PCH**) *E* | Genesis] ut patet Genessis *E* | 2o] II° (**vyhodit**) *B*, III *D*, secundo *E* | soporem] saporem *BKP* **20** etc] *om. D* | paradiso] padiso (**PCH**) *E* | Dominus vult] vult Dominus *D* **21** fieri] esse *E* manifesto] in manifesto *D* | sit] fit *BD* **23** tabernis] thabernis (vyhodit) [illegible]